Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8158
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

si vita hactenus duxerit hoc
tempore laboribus suis impo=
net finem.

C. z. In regimine annorum
natifuturorum & quid boni
mali ve sibi significabunt.
·1408·· 1416· ·1428

Presentis anni applicatio fuit
in octavum signum ab horoscopo in
Scorpionem sic huius signi dns
Mars signat ep in hoc anno
habebit multos timores & occasiones
cogitandi de morte. habebit
etiam mortuorum occasione
labores in quibus bis pspexerit.
In aliis item rebus agendis
erit tempus suspicione plenum
qua propter in suis itineribus
agendis sit cautus ne cadat
in manus suorum inimicorum.
& in aliis rebus perficiendis
similiter sit prudens & circuspectus